

## Übungstext

### Latein IIa (Faller) - Cic. *Rosc. Am.* 1-3

Cicero erklärt den Richtern, warum ausgerechnet er die Verteidigung des Sextus Roscius aus Ameria übernommen hat, obwohl es sicherlich gesellschaftlich höher stehende und erfahrenere Anwälte gegeben hätte. Seine Erklärung zielt darauf ab, dass gerade er als junger, unbekannter Anwalt sich noch nicht in so große Gefahr begibt wie seine bekannteren Kollegen.

Credo ego vos, iudices, mirari quid sit, quod<sup>1</sup>, cum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant<sup>2</sup>, ego potissimum surrexerim – is, qui neque aetate neque ingenio neque auctoritate sim cum his, qui sedeant<sup>2</sup>, comparandus. Omnes hi, quos videtis adesse in hac causa, iniuriam novo scelere conflatam<sup>3</sup> putant oportere defendi, defendere ipsi propter  
5 iniquitatem temporum<sup>4</sup> non audent. Ita fit, ut adsint, propterea quod officium sequuntur, taceant autem idcirco, quia periculum vitant. Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus<sup>5</sup>? Minime. An tanto officiosior<sup>5</sup> quam ceteri? Ne istius quidem laudis ita sum cupidus, ut aliis eam praereptam velim<sup>6</sup>. Quae me igitur res praeter ceteros impulit, ut causam Sex. Rosci recipere? Quia, si qui<sup>7</sup> istorum dixisset<sup>8</sup>, quos videtis adesse, in quibus summa auctoritas  
10 est atque amplitudo, si verbum de re publica fecisset, id quod in hac causa fieri necesse est, multo plura dixisse, quam dixisset, putaretur. Ego autem si omnia, quae dicenda sunt, libere dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in volgus emanare poterit. Deinde quod<sup>9</sup> ceterorum neque dictum obscurum potest esse propter nobilitatem et amplitudinem neque temere dicto concedi propter aetatem et prudentiam, ego si quid liberius dixero, vel  
15 occultum esse propterea, quod nondum ad rem publicam accessi<sup>10</sup>, vel ignosci adulescentiae meae poterit.

#### **Hilfen:**

<sup>1</sup> *qui sit, quod*: „was der Grund dafür ist, dass“.

<sup>2</sup> *sedeant*: von *sedere*, hier „sitzen bleiben“. (Die „vornehmeren“ Anwälte standen, anders als Cicero, nicht auf, als der Verteidiger des Roscius aufgerufen wurde.)

<sup>3</sup> *conflatam*: hier: „ausgeheckt“.

<sup>4</sup> *iniquitatem temporum*: mit der *iniquitas temporum* wird hier auf die beunruhigende Sicherheitslage in der Zeit des Sulla angespielt; frei zu übersetzen mit „schwierige Zeiten“.

<sup>5</sup> Ergänze *sum*.

<sup>6</sup> *eam praereptam velim*: „entzogen sehen möchte“.

<sup>7</sup> *qui*: = *aliqui(s)*, übers.: „irgendjemand“.

<sup>8</sup> *dixisset*: irrealer Konjunktiv; *dicere* hier = „als Ankläger sprechen“.

<sup>9</sup> *quod*: hier „wenn“.

<sup>10</sup> *ad rem publicam accedere*: „sich dem Staatsdienst widmen“.